

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1223 - 1232

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

tiam indulgemus. datum Anagnie 4^a nonas decembris, pontificatus nostri anno sexto.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lnd. 1 or. mb. c. bulla pend.*¹

Gedruckt in einer fast gleichlautenden Ausfertigung an den Erzbischof Sigfrid von Mainz, 1232 October 29 Anagni, bei Würdtwein Nova subs. dipl. VI, 28 nr. 10. — Potthast Reg. pontif. nr. 9031.

231. *Bischof Berthold von Straßburg beurkundet, wie der Streit des Domprobstes Reinhard mit den Herren von Bischofsheim über das Vogteirecht des St. Leonhardsstiftes beigelegt worden sei. [1223—1232.]*

10 Bertoldus dei gratia Argentinensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. noverint universi presentem paginam inspecturi, quod, cum discordia super advocatia claustris sancti Leonardi inter R[einhardum] prepositum Argentinensem, ad cuius preposituram jus patronatus ejusdem monasterii spectare dinoscitur², ex una parte et inter milites de Bischoffesheim, qui sibi jus advocatie vendicabant, 15 ex altera diu verteretur, milites pro parte sua allegabant, quod advocatia memorata cuidam attinere deberet remedio animarum, quod quidam miles R. nomine constituit, hac conditione subjuncta, quod, quicumque ex ipsius genere vel quilibet alius reliquos excederet etate, prenomiatum remedium animarum amministraret. prepositus autem econverso asserebat, prefatum monasterium omni advocatia^b penitus absolutum et immune esse debere, claustris ejusdem privilegiis, que hoc idem asserunt, se 20 tuendo. que lis in hunc modum tandem quievit sopita: videlicet quod jam dictus prepositus prefatis militibus quatuor agros vineales quarta parte agri minus aput Bischoffesheim et predium aput Kriegesheim, quod in redditibus decem quartalia utriusque frumenti singulis annis tunc temporis solvere poterat, cum omni jure, 25 quo claustris attinet, assignavit. econverso etiam prefati milites omni juri suo, quod tam in advocatia, de qua singulis annis pellicium ovinum et duos calceos matutinales tamen ex consuetudine solebant percipere, quam etiam in quadam custodia vinearum in banno Berse juxta claustrum sancti Leonardi se asserebant habere, coram nobis integraliter renuntiaverunt. quisquis autem sepe dictum remedium 30 obtinuerit animarum, memorata prius bona a prelato monasterii sancti Leonardi tenetur recipere et eidem claustris in predicti facti memoriam in festo sancti Martini annuatim sex denarios assignare. testes etiam, qui huic interfuerunt facto, sunt hii: B[ertholdus] decanus, F[ridericus] cantor, U[lricus] scolasticus, A[rnoldus]

Nov. 11

a) *T VI. Wohl Schreibfehler.* b) *B advocatie.*

35 ¹ *Ebenda befindet sich auch eine Originalausfertigung des von Kaiser Friedrich II erlassenen Edictes gegen die Ketzer, 1232 März Ravenna, in der die Straßburger Dominikaner speciell mit der Verfolgung derselben beauftragt werden. Gedruckt nach der Ausfertigung für die Würzburger und Regensburger Dominikaner i. d. Monum. Boica XXX, 186 nr. 706, nach derjenigen für die Bremenser Mon. Germ. LL. II, 288 = Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. IV, 300. — Böhmer nr. 711.*

² *Cfr. nr. 161.*